

Mythologia, Venise, 1567 - IV, 12 : De Chirone

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[42\] : De Chirone](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre IV

[Mythologia, Francfort, 1581 - IV, 12 : De Chirone](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre IV

[Mythologie, Paris, 1627 - IV, 13 : De Chiron](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre IV

[Mythologie, Lyon, 1612 - IV, 12 : De Chiron](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - IV, 12 : De Chirone, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/846>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 117v°-119r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Chiron](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Mythologię.

re existimatus fuit; quę non sola ratio fecit ut eoruus illi sacer putetur, sed et illa, quod hęc avis sit auspiciis accommodata, nā non solum artis medendi peritus fuit Aesculapius, sed etiam diuinandi, quę ad medendi artem tamē pertinent, quoniam non solum præsentis, sed præterita etiam quę acciderunt egyptantibus, & quę mox euentura sunt, debet laborant bus medicus prædicere, quę res non mediocriter fidem medico comparat, & plurimū posse cōferet universo negotio, ut ait Hippocrates. Hęc ea sunt, quę de Aesculapio memorix prodita sunt ab antiquis, quę partim physicę, partim historię sunt intelligenda. Quidquid enim de Diis fixerunt antiqui, id habuit historiam tanquam suarum narrationum fundamentum. Verum de Aesculapio satis, nunc de Chirone eius magistro dicamus.

De Chirone.

Cap. XII.

Chironem Aesculapii magistrum alii ex aliis parentibus natum esse trādiderunt. Ouid. lib. 6. Metamorph. Saturni filium putauit, ut est in hoc versu;

Vt Saturnus equo geminum Chirona creauit.

Hunc Apollonius lib. 1. Argonauti. Philyrę filium fuisse dixit in his;

Αἴταρ δέ τε οὐατονή προσαντίκησαν
χόρει φιληρύπεις.

Ad mare descendit montis de parte suprema
Chiron Philyrides.

Nam fama est Saturnum Philyram Oceani filiam in insula Philyreide compressisse, qui veritus ne à Rhea superueniente in adulterio deprehendetur, se in equum mutauit, è quo concubitu natus est Chiron ab umbilico superiores partes corporis habens hominis, inferiores equi, ut tellatur Apollonius lib. 2. his carminibus;

Νοστίδης λαγκάριποι φιληρύπεια νόστη Δρυδός.
Εἴδε μή τοπάδην φιληρύπειαντ' οὐδὲν πεπε
τετίνεις ἔρασται. οὐδὲ κρηταῖος οὐδὲν πεπε
φεύ εἰ τι κορύταλξ μετεριφεύ οὐδὲν πε
γμόντεσσος παρθενεσσος. τούτοις οὐδὲν πεπε
τετίνεις μετεριφεύ. οὐδὲν οὐδὲν πεπε
τετίνεις λαγκάριποι φιληρύπεια θηρεύ.
εἴδε μή τοπάδην φιληρύπειαντ' οὐδὲν πεπε
τετίνεις φιληρύπεια, οὐδὲν πεπε
τετίνεις φιληρύπεια θηρεύ.

Atquora fulcantes adeunt Philyreida tandem.

Huc, ubi coelestis Saturnus, cum puer esset
Iupiter, Idaeis & nutritetur in antris
Curetes inter, regeret Titanas at ipse;
Correllus Philyra est formosę. Sed Rhea nullo est
Cepta dolo, in lectio hos ambos iouenit, ut ille
Diffusis ceruice iubitis honnuit equinis.
Ipsa pudore locum montes, collesque reliquit
Oceani Philyra, ac montes petit inde Pelaigos.

Hic

Hic chirona parit, cuius pars altera Diuis
Per similiis, sit equus rursus pars altera turpis.
Suidas tamen Chironem vna cum reliquis Centauris Ixionis filium fuisse
confuit. Hic vxorem habuisse Chariclo memoratur, quæ accedentibus ad hirtus
Argonautis, in quo habitabat Chiron, vna cum Chirone Achilem, quæ
edocandum & erudiendum acceperat, ut ait Paul. in Laconicis, secum acce-
lit, ut scribit Apollonius in primo Argonauticorum;

Eam agit in neopantheo Iouanista opinax

Peliden dicitur, quia eadem matre.

Peliden uxor paruum portabat in vlnis

10

Dulce onus, id charo properanz ostendere patri.

Memorix prodidit Staphylus in lib. de Thessalia quod Chiron astrologix
peritissimos, ac vir sapientissimus fuit, qui, cum vellet Pelum esse virum
celeberrimum, Actoris Myrmidonis filiam ad se aduocauit, famamque offisi
pandam dixit, quod Peleus Thetidem Ioue ita concedente vxorem esset du-
cturus, ad quas nuptias Dii cum ingentibus imbris & tempestate accedet.
Ea cum dixisset, tempus obseruavit, in quo multe fierent pluiae ac venti de
celo: quo etiam tempore Peleo Philomelam dedit, a quo inde fama incre-
buit, quod Peleus Thetidem duxerit. Deinde cum adoleuisset Chiron, in
sylvas adiisse dicitur, vi: trique herbarum primos obseruasse; qui etiam ob
peritiam postea chirurgix & ob levitatem manuum in tractacis vulneribus
Chiron fuit nominatus. Est enim maximum peritix ferè argumentum in
dignoscendis chirurgis si manus habeant levissimas in vulneribus tra-
ctandas. Habuit Chiron e Chariclo Nympha Oryhoen filiam, quæ ita fuit
appellata, quia ad ripas fluminis celerrimi nata fit, ut testatur Ouidi, lib. 2.
Metamorpho.

Ecce venit rutilis humero protecta capillis
Filia Centauri: quam quondam Nympha Chariclo
Fluminis in rapidi ripis enixa vocavit
Oryhoen.

20

30

Fertur idem Chiron cum primum se in sylvas contulisset fuisse à Diana ve-
nandi rationem edoctus, ut nos in lib. 4. Venationum nostrarum scripimus;

Quis primus tulit ista viris hominumne Deumne
Igenis inuicta dedit quis commoda tanta?
Delia Philyriden primum Chirona fugaces
In sparsos per rura greges, syluaque vagantes
Armauit, fecitq; vias in commoda tanta.
Salve magne patens, venandi magne repperitor,
Herbarum, citharæq; potens, eccliq; petite.

Nam præter cognitionem herbarum, rerumq; celestium, fertur Chiron mi-
rificè fuisse citharæ pulsanda peritus, qua etiam ratione nonnullos morbos
sedauit, ut ait Staphylus, & Boethius in Mūica. Ab hoc Hercules astrolo-
giæ perceptiæ dicitur, ut suo loco dicemus. Cum polles Herul sagittas
veneno Lævæ hydryæ perlitas Chiron sequentibus temporibus tractasset,
in alterum pedem eius vnam illarum cecidisse affirmant: qui dolore vigne-
tis diu discriuatus cum natus esset ex immortali patre, mori non poterat:
quare Deos precatuus est, ut sibi mortali esse liceret, ut testatus est Acusilaus,
& Cratinus, qui huius argumenti actum composuit. Id ut o. cum Ionis mi-

40

Gg 1 sericordia

Mythologiae.

sericordia obtinuisset, inter sydera relatus fuit, ut testatur Hyginus in lib.
de Stellis. Illud autem ita futurum esse vaticinata patri suo fuerat Ocyrhoe,
ut eis in his apud Onid. quamvis eum mortuum fuisse dicat;

Tu quinq; char'e pater nunc immortalis, & tuis
Omnibus ut manus nascendi lege creatur',
Posse mori cupies tum, cum cruciabere dirx'
Sanguine serpentis per fauia membra recepto.
Teque ex xterno patientem numina Mortis

Eloquent; triplicesque Deas tua filia resoluent.

- 10 Conuersus est igitur Chiron in signum illud cœlestis, quod nunc etiam à sa-
gitta illa nomen retinet, atque ita formatur ut videatur sagittam è vulnera
extractam ostentare. Cum vero eximie fuisse pius, & Deorum immortalium
cultur, fertur illi arx ante oculos collocata inter sidera, qua eius religio &
pietas in perpetuum demonstratur. At Mnesagoras non vulneratum fuisse,
sed longioris vita pertexsum censuit mortem à Diis immortalibus precatu
fuisse: quare etiam Theocritus in Thalyria illum senem ac longeum no-
minat in his;

Epicharis tuisti, pote xzv' Aeneas dixit
Aeneas dixit tuisti, pote xzv' Aeneas dixit

- 20 Talia nonne Pholi faxoso rupit in antro
Alcidæ latuit longeus pocula Chiron;

Arque hæc ea sunt, quæ de Chirone ab antiquis scriptoribus tradita sunt;
nunc unde deducta fuerint, perquiramus. Dicitur Chiron Saturni & Phi-
lyre filius, quia cum artis medendi & chirurgie peritiam inuenisse putetur,
illa cognitio è tempore & experientia nata fuerit. Est enim illa amica,
quæ vero experientia; quare inventionis chirurgie mater est, quasi
dicta est. Nam si à ratione dictione prima litera abiiciatur, id nomen
existet. Eius filia fuit Ocyrhoe, quoniam hæc ars necessario viam aperit cor-
ruptis humoribus; qui quo citius & commodius defluxerint, eo citius vul-
nus sanari potest. Acque, ut summatim dicam, vniuersum ieiè chirurgie
negotium in scitè eliciendis malis humoribus constituit: quæ in re primum est
ut per diætam & viuendi moderationem quā maximè vacuum his humo-
ribus corpus habeamus, quod quanto magis expurgatum fuisse, quasi faci-
liorem vitæ nostræ decus sum transibimus: proximum vero ut male affecto
corpori facilis exitus malis humoribus patcat. Fuit Chiron altera parte ho-
mo, altera equus; quia idem chirurgie beneficium non ad homines solum,
sed etiam ad alia animalia, & ad vnum iumentorum se extendat. Huic ex
immortalibus parentibus natum esse dixerunt, quia infinita propè videatur
illa cognitio, quæ nunquam satis percepta sur ab aliis ab humanis ingenis
fuerit. Fabolati sunt post longum annorum numerum à Iove hunc impe-
trasse, ut aliquando mori posset, quia sepius rerum omnium scientiæ & co-
gnitiones sint per temporum vicissitudines immutare, quæ cum ad summum

excreuerunt, mox ut res ceteræ humanæ decrescent & relabuntur. Dicitur
inter sydera Chiron fuisse relatus, non solum quia hominibus de reliquis
benemeritis arx erigebatur ab antiquis, quos inter Deos, aut inter sidera
collocabant; sed et quia per hæc hominum religionem & partatem à Deo nō
negligi solebant offere, ut ceteros homines ad probitatemhortarentur,
cum viri boni & integri calamitates tandem Deus subleuet, & pro ilis magna
ac per-

Liber Quartus:

119

ac perpetuam & felicitatem & gloriam denique largiatur. At de Chirone
satis, nunc de Venere rerum omnium patente dicatur.

De Vauere,

Cap. xiii.

Venerem illam, quam vulgus mortalium delitiarum, voluptatibusque omniū, & blanditarum, & elegantia Deam esse putauit, natam esse fabulantur ē Cœli genitalibus partibus à Saturno cœlis, & in mare proiectis fine mari, ex illa spuma scilicet, quæ ex illarum tactu in sanguina aquæ parte exorta est. Hanc, ne lucere turpiter, & iumentorum in morem libidine agitari viderentur homines, vna cum filio Cupidine introduxerunt, & pro Diis coluerunt; quorum in potestate esse dixerunt omnia commoda ad libidinem spectantia largiri. Nam si de medio Veneris & Cupidinis nomina tollantur; aut, si non Dei, sed desideria & impetus naturæ, illi esse credantur, vt re ipsa sunt, quid reliquum erit nisi fœdissimum & turpisimum libidinis, effrenataeque lascivitatem nomen? fecit igitur apud imperitos homines horum non minus creditorum Deorum inuentio, vt minus turpe facinus coitus, & animalium coniunctio putaretur. Hęc res sane ut necessaria propè est animalibus, ita frequens & immoderatus eius usus in multa adducit illegitima, corporisq; & animum labefactat: ad qua in re ut honestior culpa libidinosorum videatur & currus triumphantum, & castra, & insignia Veneri & Cupidini tribuerunt. Verum quod turpe est, cum nullo nomine fieri honestum posset, nos libidinum furorem impuris hominibus & immundis suis ac equis relinquentes, quæ de Venere fabulosa dicta sunt ab antiquis inuestigemus. Tibullus libro primo Elegiarum hanc e spuma maris & sanguine Cœli, ut dicunt illi, natam arbitratur in his;

Nam fuerit quicunq; loquax, is sanguine natam,
Is Venerem e rapido lent et esse mari.

Sic etiam Musaeus in Leandro:

วันนี้เป็นวันที่ดีที่สุดในชีวิตของฉัน

and you can make it work.

An nescis Venus orta maris de scamine quod sit?

Imperat huc vndis, nostrisq; doloribus ima.
Cum nuper nata fuisse Venus, hanc ex vnuis maris egrediente ambabus
manibus è capillis, & è facie aquasi marinam expessissime inquiunt; quare
omnium pictorum facie princeps Apelles Cous celeberrimam illam Venerè
emergentem, quæ diuinum prope opus creditum fuit, pinxit: cuius mira-
bilitatem & exactitudinem ita exorsit Sidonius Ant. pater:

www.scholarlypublications.com

www.ijerph.org

15. 1996-00015 - 1996-00016 - 1996-00017 -

Digitized by srujanika@gmail.com

מִתְּבָאֵת בְּעֵדוֹתָיו וְבְמִתְּבָאֵת

महाराष्ट्र गोपनीयता वाले विद्युत संस्करण

Egrieffam nuper Venerem de marmoris vndis

Aspice, præclarum nobile Apellis opus.

Exprimere aquae tam manibus de crinibus vnde am.

E longo spuma, ex primis illis comis.

30

40

三